

homicidas cum homicidis, fornicarios cum fornicatoribus, adulteros cum adulteris, superbos cum superbis, avaros cum avaris, invidos cum invidis, ebriosos<sup>i</sup> cum ebriosis<sup>i</sup>, periuros cum periuris, immundos cum immundis, impudicos cum impudicis, ut, nisi poenitentiam egerint, pariter perpetuo igni cremantur, 20 quia paria crimina commiserunt, de quibus Paulus dicit: Quia *neque*<sup>10</sup> *rapaces neque adulteri neque fornicarii neque malefici regnum dei possidebunt*, et sanctus Iohannes<sup>j</sup> apostolus: *Omnis*<sup>11</sup> *homicida non*<sup>12</sup> *habet haereditatem in regno Christi et dei*. Et cum<sup>13</sup> talibus Paulus apostolus *cibum sumere vetat*, de quibus dominus in ewangelio<sup>k</sup> dicit: *Si*<sup>14</sup> *te non audierint et male acta emendare noluerint, sint tibi sicut ethnici et publicani*, id est pagani et publici<sup>l</sup> sceleribus inre- 25 titi. Unde dominus in iudicio se dicturum valde terribilem promittit sententiam in ewangelio<sup>m</sup> dicens: *Ite maledicti*<sup>15</sup> *in ignem aeternum, qui paratus est diabolo et angelis eius. Esurivi enim et non dedistis mihi manducare, sitiivi et non dedistis mihi bibere, hospes eram et non collegistis me, nudus et non operuistis me*. 30

Quid igitur de ipsis miseris<sup>n</sup> et maleficis<sup>n</sup> dicendum et agendum est, qui aliena rapiunt, quando ipsi tali sententia damnantur, qui propria recte acquisita non largiuntur, unde non sumus ausi aut, quia, ut volumus et studuimus<sup>16</sup>, revocare ad emendationem et poenitentiam non valuimus, ut ministerium nostrum de illis nos faciamus, id est non quod ex nostris, sed quod ex dei<sup>o</sup> et 35 apostolorum eius praeceptis accepimus, unde dicit apostolus: *Auferte*<sup>17</sup> *malum ex vobismet ipsis*, quae a praedictorum malorum hominum mala non accusantes sed dolentes dicimus hoc, quod innumerabiles nobis et angeli et homines sciunt, *quia*<sup>18</sup>, *sicut*<sup>p</sup> *Christus suis*<sup>q</sup> *dicit: In*<sup>19</sup> *hoc cognoscent omnes, quia mei discipuli estis, si dilectionem habueritis ad invicem; ita et vos cognoscite [illos]* 40 *a<sup>r</sup> discipulatu<sup>q</sup> Christi, qui vos docuit esse pacificos<sup>s</sup> [fore] per insolentiam ali-*

---

i-i) ebriosos cum ebriosis *nachgetragen* Hs. j) aus Ioannes *korr.* Hs. k) aus ewangelio *korr.* Hs. l) publici m) aus ewangelio *korr.* Hs. n-n) aus maleficis et miseris *korr.* Hs. o) aus divinis *korr.* Hs. p) aus sic *korr.* Hs. q) *danach* sic *gestrichen* Hs. r-r) addiscipulatum mit *korrigierendem Trennungsstrich nach* ad Hs. s) *danach* erga *gestrichen* Hs.

10) 1. Cor. 6, 9–10.

11) 1. Ioh. 3, 15.

12) Eph. 5, 5.

13) Zu cum – vetat vgl. 1. Cor. 5, 11; *formulargleich auch in dem in die Akten von Douzy (871) inserierten Brief Hinkmars v. Reims an Remigius v. Lyon und dessen Suffragane vorhanden, hier nach MGH Conc. 4 S. 408,13 bzw. 447,36–37.*

14) Matth. 18, 16–17.

15) Matth. 25, 41–43.

16) Gemeint sind vorausgegangene erfolglose Vermittlungsbemühungen Hinkmars, vgl. hierzu MGH Conc. 5 S. 407,23–408,7 bzw. 447,15–31.

17) 1. Cor. 5, 13.

18) quia – 43 adhaerere *formulargleich auch in dem in die Akten von Douzy (871) inserierten Brief Hinkmars v. Reims an Remigius v. Lyon und dessen Suffragane vorhanden, hier nach MGH Conc. 4 S. 409,3–7 bzw. 448,17–21.*

19) Ioh. 13, 35.